

A britannok életmódja

Britanniae pars interior ab iīs incolitur, quī in īnsulā nātī sunt, maritima pars ab iīs, quī praedae ac bellī causā ex Belgiō trānsiērunt et ibī permānsērunt. Hominum est īnfīnīta multītūdō crēberrimaque aedificia ferē Gallicīs cōnsimilia, pecorum numerus ingēns. Nāscitur ibī plumbum album in mediterrāneīs regiōnibus, in maritimīs ferrum, sed ēius exigua est cōpia; aere ūtuntur importātō.

Ex omnibus incolīs Britanniae longē sunt hūmānissimī, quī Cantium incolunt, quae regiō est maritima omnis, neque multum ā Gallicā differunt cōnsuētūdine. Interiōrēs plērīque frūmenta nōn serunt, sed lacte et carne vīvunt, pellibusque sunt vestītī. Omnēs vērō sē Britannī vitrō īnficiunt, quod caeruleum efficit colōrem, atque hōc horribiliōrēs sunt in pūgnā aspectū; capillōque sunt prōmissō atque corpore rāsō praeter caput et labrum superius. Uxōrēs habent dēnī duodēnīque inter sē commūnēs et māximē frātrēs cum frātribus parentēsque cum līberīs; sed sī quī sunt ex hīs nātī, eōrum habentur līberī, quō prīmum virgō quaeque dēducta est. (*Bellum Gallicum* V, 12., 14.)

A gallok családi élete

In vītae īnstitūtīs hōc ferē ab reliquīs differunt, quod līberīs, nisī cum adolēvērunt, palam ad parentēs adīre nōn licet. Virī, quantās pecūniās ab uxōribus dōtis nōmine accēpērunt, tantās ex suīs bonīs cum dōtibus commūnicant. Hūius omnis pecūniae coniūctim ratiō habētur frūctūsque servantur. Uter eōrum vītā superāvit, ad eum pars utrīusque cum frūctibus superiōrum temporum pervenit. Virī in uxōrēs, sicutī in līberōs, vītae necisque habent potestātem; et cum pāter familiae illūstriōre locō nātus dēcessit, ēius propinquī conveniunt, et dē morte sī rēs in suspiciōnem venit, dē uxōribus in servīlem modum quaestiōnem habent, etsī compertum est, īgnī atque omnibus tormentīs excruciatās interficiunt. Fūnera sunt prō cultū Gallōrum māgnifica et sūmptuōsa, omniaque, quae vīvīs cordī erant, in īgnem īferunt, etiam animālia, ac paulō suprā hanc memoriā servī ac clientēs ūnā cremābantur. (*Bellum Gallicum* VI, 18-19.)

Grammatica

Comparatio (melléknév fokozás)

gradus positivus

longus -a -um; liber -a -um; celer -is -e; fortis -e; felix

gradus comparativus

sg. gen. ragja (-i; -is) helyett: -ior (m. f.) -ius (n.)

	sg. gen.	gr. comp.		sg. m. f.	pl. m. f.	sg. n.	pl. n.
carus 3	cari	carior -ius	N.	longior	longiōrēs	longius	longiōra
felix	felicis	felicior -ius	A.	longiōrem	longiōrēs	longius	longiōra
fortis	fortis	fortior -ius	G.	longiōris	longiōrum	longiōris	longiōrum
videns	videntis	videntior -ius	D.	longiōrī	longiōribus	longiōrī	longiōribus
vocans	vocantis	vocantior -ius	Abl.	longiōre	longiōribus	longiōre	longiōribus

gradus superlativus

sg. gen. ragja (-i; -is) helyett: -issimus -issima -issimum

az -er végű melléknevek sg. nom.-hoz: -rimus -rima -rimum

carus	cari	carissimus		facilis	facillimus	dissimilis	dissimillimus
fortis	fortis	fortissimus		difficilis	difficillimus	humilis	humillimus
pulcher	pulcher	pulcherrimus		similis	simillimus	gracilis	gracillimus

bonus	melior, melius	optimus	a plūs sg. csak semlegesnemen sg. nom.-acc: plūs; gen.: plūris; pl. teljes: m. f.: nom.-acc.: plūrēs; gen.: plūrium; dat.-abl.: plūribus; n. nom.-acc: plūra; gen.: plūrium; dat.-abl. plūribus.
malus	peior, peius	pessimus	
magnus	maior, maius	maximus	
parvus	minor, minus	minimus	
multus	plūs (gen. plūris)	plurimus	

vetus (veteris) – vetustior vetustius – veterrimus 3

dives (divitis) – dīvitior, dīvitiūs / dītior, dītius – dīvitissimus 3 / dītissimus 3

Adverbium (határozószó)

alapfok: sg. gen. ragja (-i; -is) helyett: I-II. decl. -ē, III. decl. -iter

participium imperfectum estében a -ter képző előtt a -t kiesik

carus 3	cari	care
felix	felicis	feliciter
fortis	fortis	fortiter
videns	videntis	videnter

középfok: a középfokú melléknév neutruma: longius, brevisus, felicius

felsőfok: sg. gen. ragja helyett -ē: longissimē, brevissimē, fēlicissimē, pulcherrimē, simillimē

Kivételek

	<i>alapfok</i>	<i>középfok</i>	<i>felsőfok</i>	
bonus	bene	melius	optime	facilis → facile
malus	male	peius	pessime	difficilis → difficulter
magnus	-	magis	maxime	audax → audacter
parvus	-	minus	minime	
multus	multum	plus	plurime	

Esettan

Ablativus comparationis (összehasonlító) középfokú mn. mellett.

Nihil est melius libertate. Exegi monumentum aere perennius. Nihil utilius sale et sole.

Ablativus mensurae (fok-, mértékhatározó) középfokú mn. vagy fokozást kifejező igék (supero) mellett.

Cicero Quinto fratre multis annis maior erat. Multo maior (sokkal nagyobb), quo pulchrior, eo melior

Ablativus limitationis (tekintethatározó) némi megszorítással állítunk valamit

horribiliores sunt in pugna aspectu; nemo tibi par est eloquentia; insignis pietate vir; maior natu; mea sententia; mente captus

Összehasonlítás

quam: Galli humaniores sunt, quam Britannī. (Galli Britannis humaniores.)

tam – quam: Britannī tam humani sunt, quam Galli.

Melior est certa pāx, quam spērāta glōria. Lūna est māior, quam dīmidia pars terrae.

Gallī liberius atque audācius dē bellō cōnsilia capiunt. Annī temporum salūberrimum vēr est; salūber deinde hiems, perīculōsior aestās; autumnus longē perīculōsissimus. Alcibiadēs omnium aetātis suae longē pulcherrimus, cōnsiliū plēnus, ad rem mīlitārem māximē idōneus erat. Rōmānī bella fortius semper, quam fēlicius gessērunt.